



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

48. Quid per modicum tempus intelligatur in responsionibus sacræ Congr.  
ad Decreta Vrbani VIII. de celebr. Missarum? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. r. 54.  
alias 55. ibid.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

# Atque de SS. Euchar. Sacr. Ref. XLVII. &c. 27

Sacerdos acceptis pluribus stipendiis iustis bona fide iuxta opinionem apud se probabilem applicauerit multis vnicam Missam, existimans, & intendens iis simili satisfacere, non teneri postea cognita veritate supplicere, vel alias missas applicando, vel stipendia restituendo censet Bordon. tom. 1. var. ref. 25. quod. 23. n. 22. quia talis Sacerdos non peccauit contra iustitiam: atamen quamvis hic non teneatur ratione iniusta acceptionis, tenetur adhuc ratione rei acceptae, sicut qui bona fide rem accepit, quam putavit esse suam, vel se iusto titulo comparare, si postea nouerit, aut rem non esse suam, aut non iuste sibi acquifitam, tenetur equidem restituere, vel satisfacere, nisi per impotentiam excusat. Et ita me citato tenuit P. Franciscus. Lugo de Sacram. tom. 1. lib. 1. c. 12. q. 4. n. 41. & P. Auerla de Sacr. Euchar. q. 1. s. 17. q. 2. quod si Sacerdos quipham. Nota hic obiter quod Sacerdos ordinatus celebrans cum Episcopo, potest illud sacrificium alteri applicare, quia causa est illius. Ita Ioann. de Soria in Epilogi summarum part. 2. tr. 1. s. 1. c. 1. disp. 2. §. circa stipendum, Meratius 3. de Euch. ris. disp. 3. 8. s. 17. n. 4. & Escobar ubi sup. n. 61. vbi ait, Sacerdotes celebrantes cum Episcopo, posse singulos cui voluerint integrè, & independenter voluntariae alterius Missam applicare, quia singuli sunt vera causa per se totius sacrificij, ac si unus solus offerret, Ita Escobar.

## RESOL. XLVII.

An Sacerdos peccat mortaliter differendo celebrationes Missarum ad longum tempus?

Ex quod tempus sit ita longum? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 25.

§. 1. C Ommuniter affirmatiū respondent D.D. Quos citat, & sequitur Bonacina de Sacram. disp. 4. q. ultim. p. 1. 7. q. 5. n. 2. & præter illos docet etiam hanc sententiam Homobonus in exam. Eccl. part. 1. tr. 4. cap. 14. q. 1. 2. Fernandez in exam. Theol. p. 3. c. 5. §. 1. m. 4. & alij.

2. Sed quod tempus sit ita longum, ut mortale peccatum constitut, non explicant, & in hoc est difficultas. Sacerdotes sunt anxi. At Villalobos in sum. p. 1. tr. 8. dub. 18. n. 2. explicavit. Et quia codex ratus est, ponam eius verba: [Pareceme podria vn Sacerdote cargarse de 50. o 60. Missas, y dichas aquellas, de otras tantas. A este tono podran los Conuentos encargarse mas, o menos, conforme al numero de Sacerdotes, que tuviieren.] Idem docet etiam Ledesma in sum. tom. 1. c. 18. concl. 17.

## RESOL. XLVIII.

Quid per modicum tempus intelligatur in responsoriis Sacrae Congregationis ad Decreta Urbani VIII. de celebratione Missarum? Ex part. 9. tr. 6. & Mise. 1. Ref. 14. alia 55.

§. 1. F uit à Sacra Congregatione quæstum: Decr. mo super quinto eiusdem Congregationis Decreto, quo inter casera statuitur in hac verba: Eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita decimū iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut noua quoque onera obire valeant: alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas austerant; &c. Quaratur, an hoc Decretum prohibeat absolute, quominus accipiant nouas eleemosynas, quæ acceptis non satisfecerunt;

Tom. II.

& quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

2. Responsum verò fuit ita à Sacra Congregatione: Ad decimum respond. Non prohiberi absolute, ac propterea, eis oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

3. Sed dicta verba explanans Peytinus de priuile. tom. 3. confit. 9. Vrbani VIII. fol. mibi 381. sic ait: [Per modicum tempus hic intelligo spatiū trium annorum, quo spatio terminantur Officia, ut plutim Regularium: cum enim hæc Decreta sint odiosa, atenta præstentia Mendicantium paupertate, debent ita interpretari, ut minus iadant, quam fieri potest: & cum quid sit modicum tempus, arbitriarum sit, ut docent Tusclus lit. T. concl. 27. n. 12. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 31. n. 5. idem per modicum tempus hic intelligo spatiū trium annorum; seu omnino remittendum esse Iudicis arbitrio, considerantis circumstantias loci, temporis, personarum, &c.] Ita ille.

4. Verum talem expositionem, quod modicum tempus in dictis verbis Sacrae Congregationis intelligatur spatiū trium annorum, omnino rejiciendam esse existimo. Nam doctus P. Thesaurus in praxi, p. 2. verb. Missarum onera, in fin. existimat, spatiū octo, vel decim dierum, & non ultra intelligi per modicum tempus. Ego verò cum Ledesma, & Villalobos, ut me citato, obseruat Lezzana tom. 4. verb. Miss. n. 39. putavi spatiū 50. aut 60. dierum ad plurimum esse modicum tempus.

5. Vnde ex his appetet, opinionem Peytrini, tanquam laxam, & improbabilem rejiciendam esse. Nec patent Lectores nostram sententiam non esse satis benignam: nam Pellizzarius in Man. Regul. tom. 1. tr. 5. c. 9. s. 1. n. 72. me citato, & Eminentiss. Cardinali Lugo, sic ait: [Iudicio supradictorum Authorum modicum tempus censetur spatiū 50. aut 60. dierum: notabile autem tempus erit, quod excedit tale spatiū. Verum hac doctrina, licet sit valde rationabilis in cau suo supradictus numerus Missarum vni, ac eidem promittatur ex stipendio; cum sic presumatur cedere iuri suo, & esse contentus tali dilatatione, utpote sciens ab vna Sacerdote non posse dici tot Missas, nisi tanto temporis intervallo: in calu tamen, quo illæ plures Missas petantur à diuersis, & quidem non scientibus illum Sacerdotem esse aliis multis Missis oneratum; non videtur talis doctrina ita facilè admittenda, (idq; ob rationes adductas §. præced.) nisi Sacerdos præmoneat potentes se iam esse obligatum ad tot, vel tot Missas, & nihilominus potentes alias Missas ab eo exigant; nam sic præsumuntur cedere iuri suo, & consequenter non poterunt conqueri de dilatatione. Quanquam nisi Missa petatur pro aliqua instanti necessitate, judicio prudentis, non paciente moram, probable sit, Sacerdotē sine dicta præmonitione posse se simul obligare ad 15 aut 20 Missas, etiā à diuersis petitas ex stipendio, & hoc ex interpretatiua voluntate ipsorum potentium.] Ita Pellizzarius.

6. His tamen non obstatibus, me citato, nouissime nostram sententiam approbat Doctiss. Hier. Garcia in sum. mor. tr. 1. 2. diff. 10. dub. 8. n. 4. sic afferens: [Solo pues ésta la dificultad en señalar el tiempo que ha de pasar, para que sea pecado mortal la omisión de las Missas. Los Legistas in l. Si cum dies, ff. de recept. arbitr. ad verba l'apiniani: Si invia modicum tempus, dederit panam, &c. disputan qual sea modicum tempus, y communmente responden, teste Menochio de arbitr. indic. lib. 2. cent. 1. casu 8. n. 10. ad fin. que se ha de estar a juicio de buen varon, considerada la materia, y calidad de las personas; y así en una decision de la Rota in causa Bononiensi ( teste Marchino vbi fu-

C 2 pra

## 28 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

*pr. n. 5.) se resolvio, que le era lecito al Sacerdote recibir nuevas cargas de Missas, si dentro de vn mes podia cumplir con las ya recibidas de otras, si ya las Missas no pidiesen mas brevedad. Otros Iurisconsultos lo estienden à dos meses, y se colige ex *Capitulum 7. q. 1.* donde no se llama auente el, que por enfermedad faltó dos meses à la Iglesia. Lo mismo consta del Concilio Tridentino *sess. 23. de reform. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. de reform.* donde se llama *modicum tempus*, quando falta dos meses un Canonico al Coro, luego segun esta cuenta parece, que podra tomar un Sacerdote hasta 60 Missas de vna vez, y las Iglesias, proportione seruata, segun tuviere Capellanas; salvo quando son por algun caso occurrente. Contestan con esta doctrina Ledesma, Villalobos, Diana, Lugo, y à este modo, proporcione seruata, podran los conuentos encargarse de mas, ó menos cantidad, segun el numero de los Sacerdotes que tuviere. En la Religion de Santo Domingo ay ley, que no reciban los Religiosos de vna vez mas que 50 Missas. En nuestra Religion ay precepto riguroso, que no se reciban Missas sin registrarlas al Prelado, dixiendole las, que tiene por decir, para que no cargue mas de las que puede cumplir en dos meses à los mas largo.] Hæc ille.*

### RESOL. XLIX.

*An Sacerdos pauper, qui pro die occurrenti non habet elemosynam pro Missa celebranda, posse Missam celebrare, & illam applicare pro primo offerenti stipendium, quem Deus sicut futurum primum? Ex part. 2. tr. 14. Ref. 15.*

**S. 1.** *A*ffirmatiū aliqui viri docti respondent. Ita Henriquez *lib. 9. cap. 21. n. 2.* Vega in *sum. tom. 2. cap. 41. cas. 5.* Fernandez in *exam. Theol. mor. p. 3. c. 5. §. 9. n. 5.* Fraxinell. *de oblig. sacerd. scil. 5. prenot. 5. §. 5. n. 1.* Petrus de Aragona in *2. 2. q. 85. art. 3.* Petru. Nauarr. *de refiss. lib. 2. cap. 2. n. 23.* Rodrig. in *sum. tom. 1. cap. 242. n. 9.* Henr. *lib. 8. c. 21. n. 2.* & alij quamplures recentiores, quorum sententiam probabilem vocavit noster Molfel, in *sum. tom. 1. tr. 3. c. 16. n. 28.* & Reginald. in *praxi. tom. 2. lib. 23. c. 17. n. 23.* Ratio est, quia licet opus illud sit præteritum respectu nostri, in Dei tamen acceptatione, & æternitate est præfens, unde respectu Dei acceptantis est ita reponsus, & præfens, ac si eodem momento offeretur.

2. Sed his non obstantibus, contraria sententiam docuerunt Riccius in *praxi. p. 3. ref. 361. n. 3.* Barbosa de potest. *Epist. p. 2. alleg. 24. n. 12.* Homob. *de examen. Eccl. p. 1. tr. 4. c. 14. qnas. 130.* Ioan. de la Cruz in *dict. conf. p. 3. de sacrif. Miss. q. 1. dub. 8. concil. 1.* Fagundez de *præcept. Eccl. p. 1. lib. 9. cap. 9. n. 10.* Corduba *lib. 1. q. 4. dub. 6.* Coninch de *sacram. q. 83. art. 5. dub. 9. n. 168.* Filliac. *tom. 1. tr. 5. c. 3. n. 79.* Molfelius, Reginaldus, Suar. & nouissimè mordicuus docet hanc sententiam doctissimus Petru Cenedo in *q. 9. Canonic. q. 2. 8. num. 6.*

3. Et licet illustrissimi Cardinales in decreto Vrbani VIII. nihil de hac questione attinunt, tamen antea ex mandato Clementis VIII. sub die 15. Novembris 1605. sententiam superius positam, tanquam pluribus hominibus periculosa, fidelium scandalis, & offenditibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem improbarunt, & condemnarunt. Declarationem Cardinalium adducit de verbo ad verbum Cenedus *vbi supra*, & Riccius.

### RESOL. L.

*An detur aliqua casus, in quo Sacerdoti licet Missas celebrare anticipatè? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 16.*

**S. 1.** *R*espondeo dari, & erit, si ex obligatione aliqui cuius Capelle teneatur Missas certas singulis hebdomadis celebrare, vel in posterum pro certa intentione, quia tunc si aliter non exprimitur in fundatione Capellanie, potest Sacerdos in antecedentes hebdomadas tales Missas celebrare. Ita Riccius in *praxi. p. 3. ref. 3. 28.* Petru. de Ledesma in *sum. p. 1. de Sac. Euchar. c. 18. concl. 17.* Rodrig. in *sum. tom. 1. c. 23. n. 8.* Reginald. in *praxi. tom. 2. lib. 23. c. 1. n. 237.* & alij pler. Fernandez respondet cum distinctione in *exam. Theol. p. 3. c. 5. §. 9. n. 5.*

### RESOL. LI.

*An Sacerdos, qui præterita die applicauit Missas pro Petro, & nihil postea celebrando Missam de applicatione Sacrificij cogitauit; quad est querere, ut Sacerdos in Missa actualiter, vel virtualiter debet applicare Sacrificium pro eo, qui dedidit stipendum? Ex part. 2. tract. 14. Ref. 47.*

**S. 1.** *A*ffirmatiū respondet Vasq. in *3. q. 3. diff. 3. p. 138. c. 6. n. 76.* putat enim, ut faciliū alii dicunt, cui applicetur, & vt tale ei proficit, debet à voluntate offerenti proximè, vel remotè procedere. Vnde si quis offerat Missam, & haec voluntas postea in celebrationem ipsius Missae nullo modo influat, ut nege proximè, neque remotè eius causa sit, voluntas illa proderit per modum imprecatiōnis: at vero faciliū ipsum non item. Putat igitur Vasquez, applicationem Missæ debere fieri actualiter, vel virtualiter tempore eiusdem sacrificij: philosophatur enim ex pacto de applicatione, ac de intentione conficiendi sacramentum. In hanc sententiam incident Beratius in *sum. Corona. p. 4. cap. 5. n. 9.* Beia p. 1. o. 2. 1. & Fraxinell. *de oblig. sacerd. scil. 4. concl. 4. §. 7. n. 1.* qui putant, Sacerdotem in *Memento*, debere applicare voluntem Missæ eis, pro quibus teneat celebrare.

2. Sed si hac sententia amplectenda esset, multus scrupulis agitarentur sacerdotes. Ideo contraria opinionem probabilem esse puto, quam tenet Sua. in *3. p. to. 3. diff. 1. 3. scil. 3. concl. 2.* Bonac. *de sac. diff. 9. 3. p. 1. 3. 2. 8. 3. n. 11.* & Molfel. in *sum. tom. 1. tr. 3. 24. n. 13.* Distinguendum est igitur in hoc casu. Ut præterita die Sacerdos absolutè applicat pro Petro fratrum sacrificij die crastina offerendi, & tunc valetatis applicatio, licet postea in Missa nihil de talis applicatione sacerdos cogit. Vel non applicat determinatè, sed habet voluntatem crastina die applicandi, & in hoc casu talis applicatio minimè valeat.

3. Vnde contra Vasq. est dispensatio inter applicationem, & intentionem conficiendi sacrificij. Quia voluntas, qua offertur sacrificij, non est necesse, ut sit operativa sacrificij, sed solù applicativa fructus eius: & id est fieri potest per simplicē voluntatem, que antecedat ipsum sacrificium, & postea nihil circa ipsum operetur. At vero intentio conficiendi Sacramentum, debet esse intentio operativa conficiendi ipsum sacrificium, & id est quando nihil actualiter, seu virtualiter operatur, non est ad sacramentum sufficiens, neque est propriè voluntas efficax eius. Ex his apparet quod ad applicandum sacrificium non requiritur intentio, que virtualiter duret tēpore sacrificij, sicut requiritur ad conficiendum sacramentum. Vnde sufficit, quod sacerdos applicet absolute sacrificium tali die offerendum, modo talis intentio non fuerit postea revocata.

RESOL.